



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

16. An accusent inimici, ijsq[ue] familiares an infames, criminosi? an laici
Clericos, & contra Clerici laicos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

dente iudicio *L. fin. sireus vel accusator eodem*: nisi alius accusationem continuet, quod licet *L. libel. §. fin. de accus.* pari modo si Tutor nomine pupilli accuset, & is decesserit, Tutor non tenetur accusationem persequi *Ulpian: in L. D. Adrianus 14. ad Senat: Consult: Turpil: & impunè desistit.* SIMILITER & is, qui semel à crimine absolutus est per sententiam definitivam, iterum nec accusari ab eodem nec ab alio potest regulariter. *Capit. de his. 6. & ibidem DD. h. tit. ut neque semel condemnatus acpunitus. Marant: 6. par. num: 49.* nam de eiusdem hominis admissio sæpius queri non debet *L. licet 6. in fine ff. nisi fortè ex collusione primi accusatoris secundus doceat perperam absolutum fuisse L. 3. §. nam si de Prævaric. cap. repellantur. 7. cap. cum oporteat. 19. tit.*

16. Præterea non accusant inimici vel eorum familiares *cap. meminimus 13. h. tit.* quia præsumitur eorum accusatio proficisci ex odio: item infames, criminosi, ut homicidæ, fures, malefici, sacrilegi, raptores, conspiratores *cap. conspiratores, & cap. nullus h. tit.* Denique Laici regulariter ab accu-

accusatione Clericorum repelluntur in
 criminalibus *can. sicut 6. 11. q. 7.* sicut & cle-
 rici ab accusatione Laicorum *can: sicut 2.*
qu. 7. nisi sint sacerdotes, qui plebeios su-
 os deferunt *can: decretum 2. q. 7.* neq; cle-
 rici maioris ordinis clericos accusabunt,
Can: majorum eod: quod ad honestatem re-
 ferendum est: nam jure ipso contrarium
 verius est; & admittitur monachus & in-
 ferior accusator sui Prælati etiam expen-
 sis monasterii *Cap. dilecti de major. & obed:*
Can: quapropter. 2. q. 7. temerè tamen non
 admittuntur accusatores contra suos Præ-
 latos *can: sunt plurimi. 6. q. 1.* Dixi regulari-
 ter, quia de occultis quibusdam crimini-
 bus Ecclesia Laicos adversus clericos ad-
 mittit v. gr. Simoniâ, hæresi, crimine læsæ
 Majestatis *cap. licet Heli. 31. inf: de Simonia*
 idemq; est, si fortè Laici suam vel suorum
 injuriam prosequantur, ut supra dictum:
 quæ omnia ut faciliùs memoriæ impri-
 mantur *Gl: ad cap. 1. h. t.* his versibus com-
 prehendit.

Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus,

Suspectus questu, corruptus, sortilegusq;

Infamis, servus, pauper, cum milite Princeps.

*Libertus, socius socium, nec non inimicus.
Clericos, Ecclesiam, nullus deferre valebit.*

Qui tamen omnes ab accusatione non excluduntur, si suam aut fuorum injuriam prosequantur mortemvè defendant *L. hi tamen 11. ff. h. t. L. 8. C. eod.* Exceptis liberis, libertis & alumnis, quibus ne hoc quidem casu Parentem Patronumq; accusare conceditur nisi civiliter agatur *ut. L. hi tamen cæterum observandum est, hodiè munus accusandi apud sæcularem judicem deferri procuratoribus fisci: apud Ecclesiasticum verò judicem aliquibus electis & probatæ fidei Clericis, qui Promotores aut Procuratores, Fiscales aut Syndici interdum etiam Nuntii dicuntur, & tales non debent se inscribere, quandoquidem necessitas officii eos liberet à suspitione calumniæ, nisi hæc manifestè appareat L. post Legatum 5. §. advocatum. ff. de his qui ut indigni.*

17. Quid si crimen fuerit abolitione remissum, nunquid potest accusatus ab eo vel ab alio accusari. Respondeo Negative *L. qui destitit. ad SC. Turpil: L. accusationem C. qui accusare non potest. nisi impe- trave-*